

390.

neq; ullus eorum homo sit uerbum  
 et illud uerbum a quo in luminu-  
 tis sunt lucerna non sit. Quid est  
 hoc uerbum quod ita lumen dicitur  
 ut lucerna sit. At enim.  
 Lucerna pedibus meis uerbum  
 tuum et lumen semitis meis. Nisi  
 uerbum intellegamus quod factum  
 est ad prophetas. uel quod  
 predicatum est per aptos non uerbum  
 xpm. sed uerbum xpi. De  
 quo dictum est. fides ex auditu.  
 auditus autem per uerbum xpi. Nam  
 et uerbum propheticum lucernae  
 lucernam comparans apostolus  
 petrus. Habemus inquit certio-  
 rem propheticum sermonem  
 cui bene facitis intendentes.  
 uelut lucernae in obscuro loco.  
 Quod itaq; hic ait. Lucerna pe-  
 dibus meis uerbum tuum et lumen  
 semitis meis. Uerbum est quod in  
 scripturis scis omnibus contine-  
 tur. Iuravi inquit et statui cus-  
 to dire iudicia iustitiae tuae.  
 Tamquam bene ambulans ad illam  
 lucernam et rectas semitas ha-  
 bens. Sequenti autem uerbo illud

quod ante cedit expositum est.  
 Quasi enim quereremus quid esset  
 iuravi. adiunxit et statui. hoc enim  
 appellauit iuramentum. quod sta-  
 tuit per sacramentum. Quia ita  
 debet esse mens fixa in custodiendis  
 iudiciis iustitiae di. ut sit omnino  
 pro iuratione quod statuit. fide  
 autem custodiuntur iudicia iustitiae di.  
 Cum subdō iusto iudice nec recte  
 factum in fructuosum. nec pecca-  
 tum creditur in punitum. Sed  
 pro hac fide quia multa et grauis-  
 sima mala corpus pertulit xpi.  
 Humiliatus sum inquit usqueque-  
 q; ualde. Non enim ait. humili-  
 auit me. ut humilitatem quae in  
 pcepto est intellegi sit necesse.  
 Sed ait. humiliatus sum usque ualde.  
 Maximam scilicet passus persecu-  
 tionem. pro eo quod iurauit custo-  
 dire iudicia iustitiae di. Et ne in  
 tanta humilicatione fides ipsa de-  
 ficeret. Addidit. Dñe uiuifica  
 me secundum uerbum tuum. hoc est  
 scdm promissum tuum. Nam et  
 uerbum promissorum di. lucerna  
 est pedibus. et semitis lumen.